



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ioannis Tritemii Tractatus De Sacerdotum Vita Recte Institvenda

Trithemius, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Prænotationes Tres.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46533)

PRÆNOTATIONES  
TRES.

I.



*Antonius Posssevinus*  
*in Apparatu sacro, to-*  
*mo 2. hæc habet: Ioan-*  
*nes Tritemius, in vico*  
*Tritenheim, Diæceseos Trevi-*  
*rensis, ad ripam Mosellæ Flumi-*  
*nis, Natus est Anno Domini*  
*1462. Deinde vigesimo Ætatis*  
*Anno, in Monasterio D. Marti-*  
*ni Spanheimensi, Moguntinæ*  
*Diæceseos ad Ordinem Divi Be-*  
*nedicti, Congregationis Bursfel-*  
*densis adscitus, Anno sequenti*  
*1483. communibus Fratrum*  
*Suffragiis Abbas ejus Cænobii*  
*renunciatus fuit.*

*Iste scripsit Instructionem hanc*  
*ad Nicolaum Presbyterum Mer-*  
*nicensem, Anno 1486. adeoque*  
*vita*

vita suæ Anno 24. Nam super-  
vixit usque ad annum 1519.  
postquam vivendo complevisset  
Annos 57. ut testatur etiam Bel-  
larminus de scriptoribus Eccle-  
siasticis, ad annum 1500. & ha-  
betur inter celeberrimos sui ævi  
Scriptores.

Quod ad notas attinet adjun- II.  
ctæ sunt illæ, quæ videbantur ad  
rem præsentem magis idoneæ, ex  
variis probatisque Auctõribus  
collectæ, divisæ etiam sunt per  
numeros periodi, facilioris lectio-  
nis gratia.

Duriuscula quædam videri III.  
possunt, quæ Auctõr Tritemius,  
subinde circa mores Sacerdotum  
in medium adducit; quæ tamen  
Vir prudentissimus non ex vano  
hauserit, præsertim de vita Cle-  
ricorum sui ævi, & in partibus

illis, libertati sensuum tunc tem-  
poris magis assuetorum. Proderit  
nihilominus hæc nosse, etiam ab  
illo Clero, qui hoc tempore tam  
projecta indolis & vitæ non est:  
Ne saltem per astum mali Dæmo-  
nis, nunquam ad hæc otiantis,  
aut per obrepentem ignaviam in  
similia degener prolapsus fiat:  
felix enim ille, quem faciunt  
aliena pericula cautum.

IOAN-